

christianos ethiopiae a sarracenis affrice Ath-  
las autem erat rex affrice frater promethei. a quo  
mons nomen accepit quia in eo resides astro-  
nomiam descripsit: unde et sustinere celum  
dicitur.

Ambrodax. li. 6. ca. 4. ta. 4. asie

Hic et per totam nationem parthorum scilicet: car-  
maniam. Ariam. margianam drangianam. paropaniam  
sadem bactrianis. et gedrosianis. usque ad mare  
byrcanum. predicavit sanctus thomas apostolus.

Alexandria arie li 6 ca 17 ta 9 asie. Hic san-  
ctus bartholomeus apostolus bierit demonem.  
in presentia regis polemij de regali simula-  
cro ostendit in forma que sequitur: nigra cute  
sicut ethiops: aut egyptius: facie oblonga:  
crinibus barba usque ad talos dependentibus:  
oculis igneis: naribus et ore emanantibus  
flamma

Albana ciuitas li 4 ca 12 ta 3 asie. Hic san-  
ctus bartholomeus apostolus genere clarus pal-  
lio albo indutus: per singulos angulos gem-  
mis ornatus: centies flexis genibus per die: to-  
tidem per noctem orabat: polemij regis filiam lu-  
naticam curat per noctem regem in lecto visitat  
eum ad fidem admonens populum lesam a de-  
mone eius effigiem ostendens: curat polemij  
um regem cum uxore filijs exercitu et populo  
baptizat: et per astragem fratrem regis polemij  
patientissime decoriare se permittit: et mori-  
tur gloriosissimus martir

Apamia li 4 ca 2 ta 1 asie. Hic s. Alexander  
et gayus per fide paciantur sub anthonio ve-  
ro. m.

Ancira metropolis li 4 ca 4 ta 1 asie. Hic s.  
Iacobus maior suam predicationem incipit  
locum tenens beati iohannis euangeliste eius  
fratris: per totam asiam minorem Deinde iuit ad  
hispaniam et iherusalem moritur. Hic fuit  
episcopus s. Leontius: cui scripsit sanctus Iohan-  
nes crisostomus de conuersione scitarum. Hic  
sancta plata martir Hic ante nicenam fuit cele-  
brata synodus sub agricolao episcopo.

Adramitium li 4 ca 2 ta 1 asie. Hic sanctus  
Aristarcus sancti pauli discipulus. m. Hic s.

nestor episcopus crucifixus post multa tormeta.  
Alexandria oxiana li 6 ca 12 ta 7 asie. Hic  
s. theotinus archiepiscopus tempore sancti iohannis  
crisostomi constantinopolim ad conciliū voca-  
tus super questione de libris origenis interro-  
gatus Respondit origeni qui bene quieuit in  
iuriam non infero neque blasphemiam temptare  
presumo: migrat confessor.

Anthiphelus li 4 ca 3 ta 1 asie Hic sanctus  
policarpus episcopus translatus in metropolim  
thracie plenus miraculis migrat confessor.

Aromata ciuitas li 4 ca 7 ta 4 affrice Hic s.  
abaface episcopus migrat confessor.

Artagita li 4 ca 6 ta 4 affrice Hic s. dyoni-  
sia defenatoribus cartaginis: et maioricus fi-  
lius eius: sub honorio tiranno. m.

Arbis li 4 ca 7 ta 4 affrice Hic s. felix episcopus  
40 annis passus paralysim: sub honorico re-  
ge. m.

Adramentum li 4 ca 3 ta 2 affrice. Hic s. vi-  
ctorianus: proconsul verolus: secundinus et  
seruirius cum alijs. 20. de notabilioribus affri-  
ce sub honorico rege. m.

Amonis li 4 ca 3 ta 2 affrice Hic oritur ter-  
tullianus in scripturis diuinis clarus: de quo  
dicit Ieronimus non transisse diem que sanctus  
ciprianus cartagenensis episcopus eius lectionem  
non audisset

Antolale li 4 ca 6 ta 4 affrice Hic s. peyor  
pater. 6000. monachorum migrat confessor.

Arfinoe li 4 ca 4 ta 3 affrice Hic s. serapi-  
on pater. 10000 monachorum migrat con-  
fessor Hic s. theonas pater. 3000. monach-  
orum qui. 30 annis tenuit silentium migrat  
confessor Hic sanctus eulogius prespiter pre-  
uidens cogitationes hominum migrat con-  
fessor.

Astabora ff. li 4 ca 8 ta 4 affrice qui cadit  
in nilum.

Antinoe ciuitas li 4 ca 4 ta 3 affrice Hic s.  
philemon subdiaconus: et arselas: ab arriano  
preside martirisati sunt sub dyocleciano. Hic  
dictus arrianus ad fidem conuersus: ad dio-  
cletianum vincetus ducitur: qui viuus in tra-